202-4

Valfagona.

Confesion jurada por Jose Arada, Procurador de Juan Marchi de todo el Mas Coll de la Parroquia de Masanet, hecha a fabor del Abad de San Salvador de ~~[illegible]~~ Breda.

Leg.° .... 19.
Num.° ... 4.

GOBIERNO DE ARAGON

nº 12. Sant Salvador de Bredà — nº 35

S. Marcott.

Confessio feta firmada y jurada per Joseph Arara com a procurador del senyor Joan March y Salvi mercader de la vila de Blanes de tot lo mas Coll de la parrochia de Massanes.

A favor del Abad de Sant Salvador de Breda ante Bernabe Josep Notario de la Villa de Hostalrich [illegible]

Valsig.ª

Leg. 19. N. 4.

Omnibus et singulis fidem facio Ego Barnabas Sospre Regia
auctoritate notarius publicus In Villa de Sordera Gerundensis dioecesis populatus regens
notariam et scribaniam publicas Nag.e et termini de Breda dicte dioecesis Gerun-
densis pro herede seu successore Dominae Elisabeti Fluitant y de Saldi Domino
utili et proprietario earundem notarius et scriba Capibreviationis Iurium et
redditum Abbatiae Monesterij et Conventus Santi Salvatoris de Breda et
dictis nominibus tenens et regens capibrevia dictorum Iurium et redditum quod
In quodam originali Capibrevio dictorum redditum recepto penes d. Petrum Bech
y Vila notarium publicum In villa dicte populatum Inter ceteras confessiones
de dicto Capibrevio continuatas fuit et est continuata confessio sequens. Die decima
quarta mensis Martij anno a nat. Domini Millesimo sexcentesimo secundo
In villa Hostalrici Altum. Ego Josephus Arasa Curator & pro nunc Capita-
neus Calat Ville Hostalrici dicte dioecesis tanquam procurator et eo nomine
honor. Joannis March et Maxi mercatoris ville de Blanis pro ut de mea
procuratione constat Actu recepto In villa Hostalrici die duodecima fuit decur-
rentis mensis Martij apud d. Franciscum Cortils notarium publicum dicte
ville Hostalrici et totius Vicecomitatus Capraria Sciens dicto nomine
et attendens quod serenissimus Domini noster Dominus Ferdinandus Dei
gratia Rex Castelle et Aragonum &. iamet cum sententia Regia per suam
magestatem lata Inter Seniores ex una et pagenses de redimentia ratione
malorum usuum partibus ex altera sententiavit et declaravit dictos pagen-
ses debere prestare sacramentum et homagium proprietatis eorum dominis
pro ut continetur In septimo Capitulo dicte Regie Sententie ad quam
dicto nomine me refero. Agens tamen hac dicto nomine In presentia et assistentia
Mag.ci Domini Damiani Joannis Reguer U. I. D. Iudicis ordinarij Vesp. Vice-
Comitatuum Caprarie et de Basso nec non etiam Iudicis Emphiteotarij
Capibrevij Ill.e et Adm. R.d D. Joannis de Guardiola Dei et Apostolice
Sedis gratia Abbatis Monesterij Santi Salvatoris de Breda ordinis Santi
Benedicti dicte dioecesis Gerundensis de voluntate partium vocati In

4

dicta capibreviatione sacro prestito virtute Iuramenti per me dicto nomine inferius prestando confiteor et recognosco vobis dicto domino Abbati licet absenti et dicto mag.co Gabrieli Bexart legum doctori in dicta villa Abbatiae procuratori substituto presenti pro vobis dicto et inferius acceptanti quod dictus principalis meus tenet pro vobis seu pro dicta vestra Abbatia ad directum et alodiale dominium eiusdem abbatiae totum mansum suum vocatum Coll situm in par.a Sancti Stephani de Marianis cum domibus eiusdem cum quintano orto area et clauso eiusdem prout hac omnia sunt contigua et ad invicem se tenent et continent in se quadraginta Iornalia boum vel circa videlicet duodecim de terra aratoria prout affrontant ab oriente in honore mansi Parard de vall et partim in honore mansi Camorcorb, a meridie in honore mansi Serra ab occidente partim in honore mansi Serra, et partim in honore den Delaon et partim in honore

Rocha

viduae Rocha qui fuit dicti principalis mei, et a circio in honore mansi Monet quem possidet en Carbonell et partim in honore mansi Caner in vocato dicto Bessas quem tenet en Mos dictae Parrochiae. Et de exp. seu inde provenientibus ex dicto quintano et clauso dictus principalis meus non facit nec prestat nec facere tenetur vobis nec vestris aliquam partem prout est terminatum. Et ratione proprietatis dicti mansi Coll dicto nomine procuratorio dicti honor. Cannis Garau et Gaspar tanquam domini et proprietarii eiusdem mansi facio et presto vobis sacramentum et homagium proprietatis ore et manibus comendatum in posse dicti procuratoris vestri substituti prout continetur in septimo capitulo dictae Regiae sententiae ad quam dicto nomine me refero.

Et Ultra ante prolationem dictae Regiae sententiae predecessores dicti mansi Coll erant homines proprii et de redimentia dictae Abbatiae ideo dictus principalis meus facit et prestat vobis anno quolibet pro. vigesima prima die mensis Aprilis tres solidos monetae Barchinone pro sex malis usibus in quibus antea dictus mansus Coll tenebatur qui lui et redimi possunt pro sexaginta solidis eiusdem monetae Barc.e iuxta tenorem dictae Regiae sententiae.

Item tenet pro vobis seu pro dicta Abbatia ad directum et alodiale dominium quandam peciam terrae sitam in dicta par.a in plano de S.ta Maria continentem quatuor Iornalia boum vel circa prout affrontatur ab oriente in honore dicti principalis mei alodii domus de Tironibus a meridie in

honore mansi Sauerol, ab occidente In honore mansi Joan et a circio In honore
mansi Bonieu quem tenet en Sifferrer et de expletis Inde provenientibus dictus
principalis meus facit et prestat vobis pascham fideliter atque bene
Item tenet pro vobis seu pro dicta vestra Abbatia quod ad medietatem et pro
ad aliam medietatem pro Camararia Sti Cucufatis Vallen. quandam peciam terre
sitam In dicta Parrochia continentem unum Jornale boum vel circa pro ut affrontat
ab oriente In honore mansi Camaravol qui fuit mansi Serra a meridie In honore
mansi Ferran quem tenet dictus principalis meus, ab occidente In quintano
dicti mansi Serra et a circio In quintano dicti mansi Coll eiusdem principalis mei
Et pro censu generali dicti mansi Coll terrarum honorum et possessionum
eiusdem dictus principalis meus facit et prestat et facere et prestare tenet et
consuevit vobis et vestris In dicta Abbatia successoribus anno quolibet pro. In
festo Natalis Domini septem solidos minus tribus denariis monete Barn.^e et
quinque gallinas bonas et receptibiles et unam pernam porci salsi pro ut est assuetum
et tres partes unius octavi frumenti boni et receptibilis ad mensuram Hostal. pro
tribus fogaciis. Et In festo Sanctorum Petri et Felicis mensis Augusti quatuordecim
mesuras Civarie bone et recipiende ad mensuram assuetam et duos octavos
frumenti boni et netti ad mensuram Ville Host. Et In festo Pasque Domini
unum ovum gallinae. Et etiam dictus principalis meus tenetur portare pas-
cam racemorum [illegible] quo vueneritis Infra dictam Parrochiam de Massanis
Et tamen verum et certum quod omnia predicta laudimia sunt et esse debent
vestri et vestrorum In dicta Abbatia successorum ———
Ulterius confiteor dicto nomine et recognosco vobis quod ultra predicta per
me dicto nomine vobis superius capibreviata et recognita dictus principalis meus
tenet pro domino domus seu fectia de Pinosio In Parr.^a de Sanctonibus consulta
quandam feixiam terre sitam In plano ~~Sante Marie~~ de Sta Maria ~~con~~-
~~tiultam~~ continentem duo Jornalia boum vel circa pro ut affrontatur ab oriente
In alio honore dicti principalis mei alodio vestro a meridie In honore mansi
Serra ab occidente In alio honore dicti principalis mei et a circio In honore
mansi Canbonell. In qua siquidem feixia terre vos In casu alienationis habea-
tis et habere debetis exitam mansi pro ut est assuetum ———
Et predicta omnia et singula per me dicto nomine superius capibreviata
et recognita pertinent et spectant ad dictum principalem meum pro ut
asserit tanquam neptem sive [illegible] honor. Raphaelis Samos et Monich
q.^m mercatoris ville Host. avus sui et ut filium dicte Catharine Salspina

filia dicti Samper & March matris sue et etiam ratione omnium et quorum-
cumq. legitimorum sibi competentium & spectantium et spectantium inet super
bonis que fuerunt honor. Bernardi Salsi patris sui & Petri Michaelis Salsi
avuy sui paterni defunctorum.

Iurans dicto nomine predicta fore vera & hec sign. fiy & et adhuc prus Ego
dictus Gabriel Berart dicto nomine huius capibreviationem accepto sine tamen pre-
judicio omnium et quorumcumq. tertiorum laudimiorum et foriscapiorum et
aliorum iurium dominicalium dicte Abbatie qualitercumq. competentium et spec-
tantium et minime credo dictum mansum ~~terram~~ dcl cum aliis terris honoribus
et possessionibus ad dictum March et Salsi pertinere et spectare titulis et causis
supra allegatis sitq. cum protestationibus et negationibus predictis iuribusq.
dicti principalis mei semper salvis et illesis remanentibus dictam accepto
capibreviationem. Testes Ioannes Pujals caldirius et Guilermus Vives
sartor ville Aole.. ||

In cuiorum fidem ego idem Barnabas Pople nott. hic me subscribo et
meum solitum appono sig-

num. ||